Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et illuminationis in cordis altari extingui non debet. Nisi enim hic ignis affuerit omne sacerdotis officium inutile erit. In hac ergo studeat hunc ignem nutriat huic sacerdos ligna subiciat per singulos dies. Recordet bonitatis et miserie dei. Recordetur quid fecerit et quid promiserit diligentibus se. Ipsis enim et similibus ligulis de scripturarum silua collectis ignis iste succenditur. et in dei dilectione ucheuenter inflamatur. Sup hoc igitur ignem o sacerdos pone holocaustum. et immola deo sacrificium laudis. Hic est enim adeps pacificorum. taliq; pinguedine deus pacificatur. et tali odore placatur. Ignis est enim iste preciosus. quem neque multe non potuerunt extinguere caritatem. Hucusque autem de lege holocausti.

Hec est lex sacrificii et libaminum que offerent filii Aaron coram domino et coram altari. Tollet sacerdos pugillum simile que conspersa est oleo et totum thus quod super simila ponetur est. Adolebitque illud in altari in monimentum suauissimi odoris domino. Sacrificium enim et libamen idem significat. atque illud similiter intelligitur quod de simila fiebat. Filii autem Aaron sacerdotes sunt et ipsi qui coram domino cum semper uisione illustrantur. et coram altari. id est in presentia totius ecclesie in xpi omemoratione hoc sacrificium cotidie offerunt. Quid enim simila et oleum et thus et altare significent iam superius dictum est. In xpi namque passione granum illud siuum nouissimum uidebatur molis conteritum in similam consumpsum oleum pietatis et misericordie fundebat. et suauissimum thymum odorem in arcu crucis patiendo patris naribus afferebat. Hec autem sacrificia uel omemorare immolare et offerre est. Sequitur.

Deliquam autem partem simile comedet Aaron cum filiis suis absque fermento. et comedet in loco sanctuarii tabernaculi. deo autem non fermentabitur. quia pars eius in domino offertur incensum sanctum sanctorum erit. Sicut pro peccato atque delicto mares non sumpsit Aaron comedent illud. Legitimum et sempiternum est in generationibus uestris de sacrificiis domini. Omnis qui tetigerit illa sanctificabitur. Unde enim non totam similam sed plenum pugillum sacerdos tollere et immolare iubetur. ut duorum secretorum ea tantum obtinendo populo retineret que eius intelligentie sufficere posse cognouerit. Reliqua uero Aaron cum filiis suis id est soli illi qui in sacro uoluminibus semper studendo exercitantur absque fermento et pranitatis erroris corruptione comedant. Hec autem non ubique sed in loco sanctuarii et tabernaculi. in loco secreto. in loco ubi a minus capacibus non audiantur. Quod quidem tunc fiebat quia soli inter se sacerdotes de legibus disputant. Ipsi enim sunt sanctuarium et tabernaculum. Et quia pars huius simile ad fidei sacramentum pertinet. ideo tota sine fermento et corruptione comedi iubetur. ne forte dum quis in cauere comedit. eum in loco inciderit. qui si prauae intelligat. anima perdiderit. Unde et subditur. Mares tum sumpsis Aaron comedent illud. Sicut comedunt illud quod fit pro peccato atque delicto. Mares enim sapientiores constantiores fortiores et religiosiores intelligunturque istis quidem discere et scire licet quod ceteris audire non licet. Omnis qui tetigerit illa. id est qui firmiter crediderit et nulla tenus dubitauerit sanctificabitur. Si tamen quod credidit opere compleuit. Tangere enim tum uidere est. Agere uero quod credit tangere est. Deinde.

Dixit est domino ad moysen dicens. Hec est oblatio Aaron et filiorum eius quam offerent domino in diebus unctionis sue. Decimam partem oephi offerent simile in sacrificio sempiterno. medium eius mane et medium uespere. que in sartagine oleo conspersa fit geretur. Si enim per Aaron et filios eius episcopos et sacerdotes intelligimus utique ad sacerdotes et episcopos hec oblatio pertinere uidetur. Hanc autem offerre debent in die unctionis sue. id est omni tempore uite sue. Unde et in sacrificio sempiterno offerri iubetur. Non enim in sempiternum offertur. quod uno tum die offertur. nisi ipse unus dies sempiternus intelligatur. Non igitur uno sed omni die omnis episcopus et sacerdos uiungi et sanctificari et seipsum melior fieri debet. Offerant autem simile decimam pre Ephy. Quid enim per similam nisi sacerdotum carnem intelligimus. que dum compunctionis molis teritur et afflictionis suo bono exemplo quasi quodam abscondunt. Qui autem partem decimam offert sempiternus totum offert. quia omnis ipsa decima est. et Unde et dragma decima in euangelio appellatur. Deleum quoque apostolus ait. Qui decimas accipiunt decimatus est. Sentio ergo filii Aaron decimentur. Sed quia mane et uespere diem aut tempus significat. medium sue oblationis mane et medium uespere sacerdos offerre debet. ut die et nocte. ut omni tempore ab hac immolatione non desistat.